Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

Visual Library

bet, vt quis animã ſuã ponat ꝓ amicis ſuis. Vos amici mei eſtis,
ſi feceritis quæcunq; ego præcipio vobis. Non poſthac vos dico
ſeruos, qa ſeruus neſcit qd faciat dñs eius. Vos aũt dico amicos,
quia oĩa quę audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me ele
giſtis, ſed ego elegi vos: & cõſtitui vos, vt eatis & fructũ afferatis,
& fructus veſter maneat, vt qcqd petiæritis patrẽ ſub noĩe meo,
det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ. Si mundus vos
odit, ſcitis quod me pri⁹ q̃ vos odio habuerit. Si de mundo fuiſ-
ſetis, mũdus qđ ſuũ eſt, diligeret. Quia vero de mundo non eſtis,
ſed ego ſelegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. Memen-
tote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Nõ eſt ſeruo maior dño
ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos preſequẽt. Si ſermonẽ meum
ſeruauerũt, & veſtrũ ſeruabũt. Sed hęc oĩa faciẽt vobis ꝓpter no-
mẽ meũ, qa nõ nouerũt eũ q miſit me. Si nõ veniſſem & locutus
fuiſſem eis, peccatũ nõ haberẽt. Nũc aũt nõ habent qđ pretexãt
pctõ ſuo. Qui me odit, is & patrẽ meũ odit. Si opera nõ feciſſem
inter eos quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberẽt. Nunc aũt &
viderũt & oderũt, nõ ſolũ me, verũetiam patrẽ meũ. Sed hoc acci
dit vt cõpleat̃ ſermo, qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt: Odio habuerũt
me gratis. Cũ aũt venerit paraclet⁹, quẽ ego mittã vobis a patre,
ſpiritus veritatis, qui a patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit
de me. Et vos teſtes eſtis, quia ab initio mecum eſtis.

¶CAPVT. XVI.

h Aec locut⁹ ſum vobis, vt ne quid offendamini. Alie-
nos a ſynagogis faciẽt vos. Sed veniet tẽpus, vt quiſq;

interficiat vos, videaţ cultũ præſtare deo. Et hęc facient vobis, q̱a
nõ nouerũt patrẽ neq͛ me. Sed hæc locut⁹ ſum vobis, vt cũ vene-
rit tp̱us illud, reminiſcamini eoꝝ, q̄d ego dixerim vobis. Hęc aũt
vobis ab initio nõ dixi, quia vobiſcum eram. Nunc aũt vado ad
eũ, q̱ miſit me, & nemo ex vobis interrogat me q̊ vadã. Sed quia
hęc locut⁹ ſum vobis, mœſtitudo ipleuit cor vr̃m. Sed ego verita-
tẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si em̃ non abiero, con-
ſolator ille nõ veniet ad vos. Sin aũt abiero, mittã eum ad vos. Et
cũ venerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iuſticia, & de iudi-
cio. De peccato q̱dẽ, q̱a non credũt in me. De iuſticia v̊o quia ad
patrẽ vado, & poſthac non videtis me. De iudicio aũt, q̱a priceps
huius mũdi iam iudicat⁹ eſt, Ad hæc, multa habeo q̄ vobis dicã,
ſed non poteſtis portare nunc. Cũ aũt venerit ille, q̱ eſt ſpũs veri-
tatis, ducet vos in oẽm veritatẽ. Non em̃ loqueţ a ſemetipſo, ſed
quæcũq͛ audierit loqueţ, & quæ futura ſũt, annũciabit vobis. Ille
me glorificabit, q̱a de meo accipiet, & annũciabit vobis. Omnia
quæcũq͛ habet, mea ſunt. Propterea dixi, q̄d de meo accipiet &
annunciabit vobis. Puſillum, & non videtis me, & iterũ puſillũ,
& videbitis me, q̱a vado ad Patrẽ. Dixerũt ergo q̱dã ex diſcip̄lis
ei⁹ inter ſe: Quid eſt hoc, q̄d dicit nobꝭ, puſillũ & nõ videtꝫ me, &
ruſ⁹ puſillũ & videbitis me, & q̱a vado ad p̄rem? Dicebãt ergo:
Quid eſt hoc, q̄d dicit, puſillũ? Ne ſcimus q̱d loquaţ. Cognouit
aũt Ieſ⁹, q̊d vellẽt ſe interrogare, & dixit eis: De hoc q̄ritis iter vos
q̄d dixi, puſillũ & nõ videtis me, & iterũ puſillũ & videbitis me
Amẽ amẽ dico vobis plorabitꝭ & lamẽtabimini vos, mũd⁹ cõtra

gaudebit. Vos aũt mœrore afficiemini, ſed mœror veſter vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit, dolorẽ habet, q̃a venit hora eius. Cũ aũt pepererit pueꝝ, iã nõ meminit anxietatꝫ: ꝓpterea q̇d gaudeat hoĩem eſſe natũ in mũdo. Et vos igit̃ nũc q̃dem mœrorẽ habetis. ſed iterum videbo vos, & gaudebit cor vr̃m, & gaudiũ vr̃m nemo tollit a vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicq̃. Amen amẽ dico vobis, quæcunq; petieritis patrẽ ſub nomĩe meo, dabit vobis. Hactenꝰ nõ petiſtis quicq̃ ſub noĩe meo. Petite, & accipietis: vt gaudiũ vr̃m ſit ꝑfectũ. Hæc p ꝓuerbia locutꝰ ſũ vobis. Veniet tẽpus, cũ iã nõ p ꝓuerbia loquar vobis, ſed palã de pr̃e meo annũciabo vobis, In illo die ſub noĩe meo petetis. Et nõ dico vobis, q̊d ego rogaturꝰ ſim patrẽ ꝓ vobis. Ipſe em̃ pr̃ amat vos, q̃a vos me amaſtis, & credidiſtis, q̊d a deo exiuerim. Exiui a pr̃e, & veni in mũdũ: iterũ relinq̊ mũdũ, & vado ad patrẽ. Dicũt ei diſcipuli eius: Ecce nũc aperte loqueris, nec ꝓuerbiũ vllũ dicis. Nunc ſcimus, q̇d ſcis om̃ia, nec opꝰ ẽ tibi, vt q̃s te interroget. Per hoc credimꝰ, q̇d a deo exiſti. Reſpõdit eis Ieſꝰ: Nũc creditis. Ecce inſtat tp̃s, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſq; in ſua, meq; ſolũ relinquatis. & tñ nõ ſum ſolus, q̃a pr̃ mecũ eſt. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacẽ habeatis. In mũdo afflictionẽ habetis, ſed bono animo ſitis, ego vici mundũ.

¶CAPVT. XVII.

h Aec locutꝰ eſt Ieſꝰ, & ſublatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, venit hora, glorifica filiũ tuũ, vt & filiꝰ tuus glorificet te. Sicut dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis, vt quotq̊t dediſti ei, det eis vitã æternã. Hæc eſt aũt vita æterna. vt cognoſ-